



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Concilio Oecumenico, seu Generali. Tit. 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

contra Error. Grec. cap. 69. S. Antonino. 3. summa, tit. 22. cap. 45. 2. ex plenitudine potestatis. can. II. decreto. cum seq. 2. qu. 6. Dicit Innocent. III. serm. 1. in festo S. Georgii: *Sicut in corpore humano solum caput habet plenitudinem sensuum, cetera verò membra partem recipiunt plenitudinis; scilicet in Ecclesiastico corpore, ceteri vocati sunt in partem solicitudinis; sed Supremus Pontifex assumpitus est in plenitudinem potestatis: & iis Petrus fuit veluti heres ex ase, alii verò tantum velut Legatarii.* Vide Tit. de Summo Pontifice. in Tract. nostro de person. Ecclesiast.

TITULUS II.

De Concilio Oecumenico, seu Generali.

SUMMARIA.

1. Concilium Generale anstantiensis Decretum.
2. An possit conferre Beneficia.
3. An Pontifex Ei subsit.
4. Adhibenda hic distin-
5. Quale hic Concilii Con-
6. Qualis.

Generalium Oecumenicum seu Generale an Beneficia conferre possit, queritur. Eam questionem tractant Abbas qu. I. ad 4. dubium ex num. 29. Selva de benef. 2. part. quest. 2. Corras. de benef. 2. part. cap. 2. Durand. d. tract. lib. 3. cap. 3. Garciad. tract. 5. part. cap. 2. Duar. tract. de Sacris Eccles. Minist. lib. 3. cap. 2. Dartis de Benef. sect. 3. cap. 2.

Quæstionem facit, quod Pontifex Romanus, cui hoc jus competit subesse à multis dicitur Concilio; & eo esse inferior. Quodan verum sit, discutiendum.

Refert Rochellus *Decretor. Ecclesia Gallicane. lib. 5. cap. 35. ex 2 Cod. Libert. Eccles. Gallicane.* hæc verba; *Quamvis ex norma Ecclesia Gallica, vel, ut inquit Cyrilius epist. ad Calestinum Papam, ex veteri Ecclesiarum omnium consuetudine, cogi vel haberi Concilia Generalia absq. Pontifice,*

[H] 3

nus
omnis
Ecclesiast.

IV.

**Coryi
De Pers
et Beneficiis**

6

三

62 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

tifice, qui clave non errante, militantis Ecclesie caput, & Primus, necm Christianorum omnium communis Pater agnoscitur, neq; in iis quicquam statni vel concludi, nisi ex Ejus auctoritate debeat; Hoc nihil omnium Ecclesia Gallicana ratum semper fuit: Quod Papa non censurisse, non Concilium Universale, sed ad illius Decreta & statuta, non minus quam Ecclesia, que Domini nostri Iesu Christi Sponsa est, & que maxime per Concilium istud representatur, servanda praecepta obligatur.

Quæ Ecclesiæ Gallicanae obseruantia Juri Divino videntur esse consentanea. Non enim uni Petro, cuius Successor dicitur Pontifer Romanus, data est à Christo potestas ligandi & solvendi, sed & toti Ecclesiæ. Matthæi 28. can. 6. quodcunq;. 24. qu. 1. Licet cæteris Apostolis sit erit præpositus.

Hinc , quoties Apostolorum temporibus aliquis , sive Episcopus
sive Diaconus , fuit ordinandus , vel aliquid , quod pertineret ad Ecclesiam ,
fuit decernendum ; nunquam id sibi sumpsit Petrus , sed tamen
permisit Ecclesiæ . Solebat tamen tanquam Apostolorum Princeps con-
vocare cœteros , & de his quæ agenda forent , apud Eos orationem
bere . *Actor. cap. 1, 6. I 5.*

Postea Pontifici summum in Christianos Imperium, neficio qu modo, tributum; Legibus Canonibusque Synodalibus, Imperatorum exemplo, solitus fuit. Dicit Papa Paschalis in c. significati. 4. dicta Nulla Concilia Romanæ Ecclesiæ legem præfigere posse. Et in Dictis quibusdam Synodalibus Romani Pontificis excepta reperiuntur auth ritas. can. ideo. 25. qu. 1.

Quæ sanè varietas in Ecclesia magnam peperit perturbationem distensionem. *Panormit.* in 1. *suar. quest.* & in *tract.* de *Concil. Bell.* Quam dirimere volens Concilium Constantiense, statuit, In iis quæ ad fidem & religionem pertinent, aut Ecclesiæ tam in capite, quam in membris, constitutionem & reformationem, Pontificem subfelle & obtemperare Concilio. Quod veteribus quibusdam Canonibus contruit, ut can. *Anastasius. dist. 19.* can. *sc Papa. dist. 40.* & postea Concilio Basileensi sit. de pot. sac. Congr. in Pragm. confirmatum.

Sed hæc disquisitio, An Oecumenico Concilio sublit Romanum
an contra, alterius est loci. Redeamus ad quæstionem propositam.

Distinguendum. Aut Sedes Patriarchalis vacat; aut non vacat. 4
Hoc casu judicamus hanc quæstionem esse otiosam: Quoniam cum non convocentur Oecumenica Concilia, nisi Romani Pontificis auctoritate. *can. multas. dif. 17.* Quod & ex Eusebio, Socrate, Theodoreto, ceterisque Scriptoribus Ecclesiasticis discere licet: non se abjurabit illa potestate Beneficiorum conferendorum Romanus Pontifex, quando Concilium convocabit. Nec dubium est, Concilium, cui Papa presidet, posse Beneficia conferre. *Selva de Benefic. 2. part. qu. 2.* *Circa. Durand. d. loci.* juxta illud *Auctor. Apostol. cap. 1.* ubi Matthæus fuit electus in Concilio seu congregatione, in qua erat Petrus. Et quia, *ut inquit Corrasius;* sicut solitus Papa potest Beneficia conferre, ita Concilium Papæ præsencia & auctoritate suffultum. *vid. & Zechus. de benefic. & pension. Ecclesiast. cap. 2.*

Garcias tamen tract. de Benef. part. 5. cap. 2. num. 4. putat Concilium Generale quamvis legitimè congregatum, non posse conferre Beneficia, nisi si id Papa specialiter permittat: *Non enim ad id, inquit, congregantur Concilia: nec de Jure habent talem potestatem.* Possit quidem Papa, si vellet, in Concilio Beneficiorum facere provisionem, sicut fecit B. Petrus in illa electione B. Matthiæ. Quæ & sententia Panormitani. *d. qu. 1. ad quæst. dub. num. 34.*

Vacante vero Sede ut Synodus Universalis Beneficiorum conferendorum potestatem sibi vindicit, nec jus, quo nunc utimur, nec mores, qui, ut air Plautus, optimos *Leges perducunt aliquando in potestatem suam,* videatur permettere: cum Episcopatus sint distincti, & personis etatis haec potestas attributa. *Duaren. d. loco.*

Conferent ergo Beneficia *Ordinarii in sua Diœcesi;* In Romana vero Diocesi conferentur vel à Capitulo Ecclesia Romana vel referuntur futuro Episcopo Romano: *Dart. tratt. de benefic. seet. 4. cap. 2.* Nec enim Collegium Cardinalium Beneficia conferendi potestatem in haber: *c. ubi periculum de elect. in 6.* Quod si de majoribus Beneficiis, ut Episcopatibus, agatur, tunc Episcopi Provinciales, juxta canonicas constitutiones, Episcopos eligerent, si diu Sedes vacaret. *Dartis d. loco.*

TITU-

nus
omnis
Ecclesiast.

IV.